AUGUSTINUS HIPPONENSIS. HUGO DE SANCTO VICTORE. LIBER ANNIVERSARIORUM NEOCELLENSIS. NECROLOGIUM NEOCELLENSE

Neustift (?), 1459-1521

Seite 72v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35426
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

C · iii · ydus Rome beati
leonis pape / cuius temporibus
extitit sancta synodus
calcedonensis. Item
in dalmatia · civitate
salona / sancti domnionis
episcopi · cum militibus octo / qui
christum negare nolentes /
pro eius nomine occisi sunt.

D · ii · ydus Apud ve-
ronensem urbem nata-
le sancti zenonis episcopi et
martiris / qui in medio per-
secucionum / veronensium
rexit ecclesiam / et tempore
galieni imperatoris pro christi
ovibus martir gloriosus est
effectus / Rome via au-
relia natale beati iulii
pape / qui sub constancio
imperatore decem mensibus
tribulaciones et exilia
perpessus / post eius mortem
cum magna gloria ad suam
sedem reversus quievit
in pace.

E · ydus Apud pergamum
asie natale sanctorum carpi
episcopi · papirii diaconi · et
agathonice optime femine /
aliorumque multorum qui
martirio coronati sunt /
In hyspania sancti ermin-
gildi regis / qui ob fidei
catholice confessionem / securi
in capite percussus / regnum
celeste pro terreno rex et
martyr intravit.